QUOD DEUS BENE VERTAT!

COLLEGII FEUDALIS PUBLICI

DISPUTATIO SEXTA.

DE

INVESTITURA
& PRÆSCRIPTIONE FEUDI.

Quam

Permissu Magnifici & Nobilißimi ICtorum in Perillustri Salanâ Ordinis

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi atq; Excellentissimi

Dn. ERASMI UNGEPAUR,

ICti longè Celebratissimi, Professoris hujus Academiæ Publici, Consiliarij Saxonici Gravissimi, Curiæ Provincialis, & Scabinatus Assessoris Dignissimi, Promotoris & Præceptoris sui omni, quo par est observantiæ cultu ætatem suspiciendi

IN AUDITORIO ICTORUM

Horis matutinis solitis

Ad diem Maji,

defendet

MARTINUS SCHELE HAMBURG.

JENÆ,

Typis PHILIPPI LIPPOLDI,

ANNO M. DC. XXXVI.

Xcussis hactenus objecto Feudi, Personisq; feuda tam accipientibus quam dantibus, ordinis ratio efflagitat, ut Modos feudum acquirendi proponamus, qui quidem J. Feudali tres sunt. Investitura Præscriptio & Successio. *2. F. 1, in fin: 2. F. 33. pr: §. si quis per 30. annos 2. F. 26.*

THESIS I.

INvestitura sive Investitio. *versic. Testes v. 1. F. 26 & 28.* sic dicta est vel à Veste, quia per investituram vasallus feudi jure & possessione quasi vestitur: Unde & devestire, quod significat feudo orbare. *1. F. 7. Bocer: tract: De Investit: Feud. c. 1. n. 15. Finckelth. Disp. Feud 7. §. 2.* vel à Germanico verbo Vesten/ quod firmare significat: quia per investituram Jus Vasalli in feudo convalidatur. *Bocer: & Finckelth. dd ll.* Estq; verbum Investituræ homonymũ. Significat enim 1. Breve testatum, sive scripturam investituræ probatoriam den Lehenbrieff. 2 Ipsum actum investiendi vel particulariter actualem scilicet rei traditionem *2. F. 2 pr. 2. F. 33. pr.* vel universaliter sive totaliter. *2. F. 1. pr. 2. F. 11. pr. Magnificus Dn. Ordinarius D. Arumaus Preceptor & Patronus meus atatem observandus. Disput Feud 5. §. 4. Vultej. 1. De Feud. 7. n. 6. Bocer. d. tr. De Invest. c. 4. n. 2. Gothof. Anton. Disp. Feud. 4. §. 1. lit. C.* qua in significatione definitur, solemnis feudi cessio *vultej. 1. de Feud. 7. n. 17.*

II.

Dividitur Investitura I. In Novam & Renovatam. Nova est feudi novi è præcedente justa causa facta cessio. *vers. Novã 2. F. 31.* Dixi Ex PRÆCEDENTE JUSTA CAUSA, quia sine præcedente causa justa, tituloq; ad transferendum dominium habili, feudum non acquiritur. *arg. l. 3. pr. De Usufr. l. 31. pr. De A. R. D.* cujus effectus hic est, ut dominus actione competenti conventus, præcise feudum tradere cogatur. *2 F. 7. in fin. c. un. § si facta 2. F. 26. Bocer. d tr. c. 2. n. 25.* Disl. *Gothofr. Anton. d. D 4. §. 1. lit* E cujus rationes distinctio inter facta nuda & prægnantia dissolvit. *Vid solidissime Bachov: ad Treutl. v 1. D. 28. § 2. lit. C. pag. 1052. & in Exercit. ad Fabr. Decad. 85. Error. 4. n. 2.* Re-

novata est feudi jam acquisiti cessio *2.F.3 pr. Bocer t.2. n. 61.* II. In propriam & Abusivam *2.F.2.* Propria est solemnis, interveniente actuali possessionis traditione, feudi cessio. *2. F. 2. pr.* Abusiva est possessionis verbis & signis adumbrata repræsentatio *2.F.33.pr. Magnif. Dn. Præceptor Arumæus d.D.5.th.6. Bocer. d.tr.c.2.n.70. & seqq. Hunn. de Feud. c.11.pag 36.* qui ad *Vulteji 1. de Feud. 7.n.11.* dissentientis rationes sufficientissime respondent. *Curt.part.1. De Feud quæst.4.n.15. Rittersh.1. Part. Feud. 8. Q. 3. & seqq.* III. In singularem & simultaneam *2. F.12. & 18.* singularis cum unus tantum de feudo investitur. Simultanea cum plures simul de eodem feudo investiuntur *Finckelth. Disp. F. 8.th. 1. Bocer. d.tr.c.2.n.84. & seqq. Rittersh.1.p.F.c.9. quæst. fin. Hunn. d. c. 11. p. 310.*

III.

Investiunt regulariter omnes domini, qui legitime bona sua administrare norunt. *§.1.2.F.3.* omnes Vasallos nō prohibitos, modo petant investituram. 1. Diligenter & instanter, accedente obsequiosa animi devotione *vers. curia 2.F. 22. vers. Quomodo 2. F.23.* 2. Tempore 1. congruo. *arg. l.39. D. De Solut.* non noctis, prandij, aut balnei. 2. Justo sive certo, quod quantum sit, in feudo novo definitum non est; sed domino arbitrarium, qui, quando sibi commodum visum fuerit, Vasallum citare, & post ternam citationem emanentem, feudo privare potest. *§. Est & alia ingratitudo 2. F. 24.* Ita post FF. commun. *Rittersh.1.P.F.9. quæst.9. Borcholt De Feud. 7.n.29 Vultej.c.7.n.21. Bocer. de Invest c. fin n. 2.* In feudo v. antiquo certò determinatum est Mutatâ enim persona Vasalli vel domini, Vasallus etiam irrequisitus. *arg. pr. 2 F.24. arg. l. 2. C. De J. Emphyt. l. 12 C de Contrab. Stipul. Magnif. Dn. Arum. d D 5 th.28. Gothofr. Anton. Disp. Feud. 8. th. 3. lit. C Vultej. 1. De Feud. 7 n. 99.* nisi tempus legale conventione partium indefinite sit mutatum *Goth. Anton d. th. 3 lit C.* investituram omnino cogitur petere: tum ne diuturnitate temporis Jus domini dubium reddatur; tum ut domino ratione feudi obstringatur Ex Juramento enim prædecessoris quia personale est, non obligatur. Vid *Rittersh.1. F 9. 4. q. 12. Borcholt. d.c.7.n 30. Vultej. d.c.7. n. 85. Hunn. p. 301.* & quidem

spa-

si paganus est intra annum & diem de Jure Feudali *2.F.24.pr. 2.F.40.pr.C.un.§.fin 2.52.vers Praeterea si quis.2.F.55.* de Jure novissimo intra annum *Ordin.Regim.Wormat. Ann. 1521. §.* vnd behalten vns bevor. Si miles, ob singularem militum favorem, intra annum & mensem *1.F.22.* quem textum loqui de Vasallo milite patet *arg.Rubr.Junct.Rub.2. F.21. & 22.G. Dn. Praeceptor Arum.d.D.5.th.24.Bocer.c fin.n.7.Curt.p.4.n.45.& 48.Gothof. Anton.D 8.th.3.lit. A* & *B.Diss. Varij Variè.* Quod tempus ab initio quidem est utile, id est non currit, nisi Vasallus resciverit Vasalli aut Valvasoris mutatam personam esse *2.F.9.c.un.pr 2. F 24. & 2. F 40.arg.c.3. X. De Suppl. Negl. Prælat. arg c. 5. in fin. X.De Concess. Præbend. arg. l.3.C.Quom. & Quand. Jud. Vultej. c.7.n.68. Hun. c.11.p.303. Rittersh d.c.9. quæst.19.* à tempore vero scientiæ continuum est, ita ut & dies feriatos comprehendat. *Vultei. d. c.7. n. 68.* Et nec coarctari; quia spatium à Lege indultum alicui auferendum non est. *Vultej. d.c.7.n. 62. Borch c 7. n.36. Rittersb. c.9.quæst.13.* nec prorogari potest: quia interesse Vasalli versatur ob fructus *Bocer.d. tr de Investit. c.fin n.9. Hunn c.11 p.303.Vultej c.7.n.63. Diss. Rittersh. d. c. 9. quæst.13. Borch.c.7.n.36.* Plane si intra tempus illud Vasallus investituram non petet, feudo privatur *2.F.24.pr. 40.c.un. § fin. 2. F.52. vers. Praeterea si quis 2. F.55.* nisi Justæ causæ petitionem retardet *1.F 22 pr* de quibus late *Gothofr. Anton D. 8. th.4.& seqq.Vultei. c.7.n.72.* Sin dominus illam conferre malitiose deneget, privatur proprietate feudi *arg.§.fin.2.F.6. Bocer. c.fin.n.11.* III. Loco congruo *l.39. De Solut.* qualis intelligitur ille de quo convenit. Quod si conventio interposita non sit, in loco habitationis petenda regulariter est. *arg.l.2. C.De Edict. Omn. Judic.* nisi aliud expresso privilegio alicui indultum sit ut Familiæ Austriacæ & Regi Bohemiæ qui extra suas provincias investituram petere non tenentur *V. Limn. tom. 2. lib. 4. c.7.n.10 & seqq.*

IV.

Investitura potest fieri non solum de Feudo aperto; nisi ea specialiter prohibita sit, ut Imperatori nostro de Feudis Regalibus. *Capit. Caroli V. Artic.24.& hujus D.Ferdinandi 11. Artic.*

tit.28. sed etiam non aperto sive Exspectativis. Vulgo vocantur ein Geding/ein Gnadenlehen/ein Exspectantz, ein Anwartung auff eines andern Lehen. *Vultej. lib. 1 c. 7. n. 48.* pure inutiliter *1. F. 9. 2. F. 35. Hartm. Pistor. p. 1. quaest. 25. n. 12.* adeo ut nec mortuo vasallo sine successoribus reconvalescat. *arg vers. Quia quod ab initio, 2. F. 55* quia alias inter puram & conditionalem investituram non esset differentia contra textus *1 F 9 2. F. 35. Hartm. Pist. d. quaest. 25. n. 13. & 14. Bocer. c. 5. n. 14. Borcholt. c. 7. n. 24.* In casum v. deficientis Vasalli utiliter. *1. F 3. 9. 27. C. un §. Moribus 2. F. 26. 2. F. 35.* etiam sine Vasalli, cujus hic n. illum versatur praejudicium, *1. F. 27.* consensu *d. 1. F. 27.* ubi vel rejecta Placentinorum opinione Cremonensium & Mediolanensium approbatur *arg. 1. F. 35. & §. Moribus 2. F. 26.* vel ibi de pura agitur investitura, quae sine consensu Vasalli non valet. *§. Si quis fecerit. 2. F. 22. Bocer. c. 5. n. 15. Bunn. c. 11. p. 392.* Plane quod diximus Investituram de Exspectativis & quidem sine consensu Vasalli valere, Juris communis principiis non adversatur. Etsi enim Exspectativae Praebendarum Jure sint prohibitae; *Vallens in π. Jur. Canon. tit. De Concess. Praeb. §. 1. n. 4. & latissime Matth. Stephan 3. De Idiet. p 1. c. 18.* Pactaq; de viventis haereditate, propter votum captandae mortis, improbetur. *l. fin. C. De Pact.* Tamen 1. Diversa est ratio exspectativarum Praebendae, & Feudi *Gail. 2. O. 155. n. 3.* 2. Votum captandae mortis, quod non praesumitur, cessare videtur, propter indubitatam successionem, quae nec testamento *1. F. 8.* nec alio modo ei adimi potest. 3. Dispositio hic fit non de successione; sed caducitate successionis; nec de bonis alienis, sed propriis minus plene tamen, in casum quo plenissime ipsius futura sunt, & dominium directum cum utili consolidandum est *Magnif. Dn. Praeceptor Arum. d. D. 8. 13 Pistor. d. Quaest. 25. n. 2. & seqq.* Et haec dispositio valet non solum in feudo plane incerto, sive incerti Vasalli vulgo dicitur ein Irrlehn *Pistor d. Quaest. 25. n. 36.* sed & certo sive certi Vasalli v. g. Titij. Nec refert an investitura sit concepta in defectum & mortem solius Titij? quo tamen casu supervenientia liberorum (secus ac in uxore praegnante, quae vires investiturae nō statim infirmat, sed tantum

tum suspendit) Investitura irritatur, conditione Investituræ evanescente, licet si liberi patrem morte anticipent reconvalescat *Vultej.c.7.n.50. Boeer.c.5.n.19.* An v. Titio habente filios simul concepta sit in mortem Titij & liberorum ejus *arg. 2.F. 35.Pistor.d.quæst.25.n.19 Vultej.c.7.n.49.Hun.c.11.p.298.*

V.

Effectus hujus investituræ respectu Vasalli est ut & ipse habeat obligatum dominum, & hanc obligationem ad hæredes transmittat *1.F.9.§.4. in fin Instit. & l. 57 D.De V. O* licet eorum in Investitura non sit facta menio *l.13.l.15.C. De Contrab. Stipul. l.9.D. De Probat. c.un. 2.F.18. Pistor.d. q. 25. n. 28 & seqq. Vultej. c. 7. n. 51.* cui investiens omnino satisfacere tenetur, hæredesq; suos eadem obligatione obstrictos relinquit, si Laicus est: Sin clericus, non item *1.F.3. & 9.§.Moribus 2. F. 26.* Ratio diversitatis pēdet à diversitate successionis: Clerici Jure electionis succedunt *c.1. ext. De Elect. c. 1. ext. De Prabend.* adeoq; antecessorum, à quibus causam non habent, facta præstare nō tenentur: *arg.l.22.§ 1. De Adopt. l.3. De Interd & Releg.* & Præsides Præsulesq; Ecclesiarum administratores sunt rerum Ecclesiasticarum vivi, non etiam mortui. *arg. c.2.X. De Donat.* Laici v. J. successionis, ideoq; non possunt venire contra factū defuncti *l. 7. C.De Liber.Caus.l.14. C.De R.V. l. 3. l. 5. C. De Reb. Alien. Non Alien.* non magis ac contra proprium *arg.Novell.48. pr. Magnif. Dn. Praeceptor Arum d.D.5.θ.14. Gothofr. Anton. d. D.θ.5.lit.B.Boeer.c.5.n.19.* Limitatur hoc 1. Si Investitura consentiente capitulo sit facta *arg. c.2. Junct. c. 7. in fin. ext. De Donat.* contractus enim consensu capituli celebratus realis est, & successorem etiam obligat. *arg.c 5.vers. secus autem De Rescript. in 61.* Illud non refert, an consensus capituli præcesserit, in ipso actu intervenerit, an actum subsecutus sit? quia consensus ille non adhibetur solemnitatis causa ut actum firmet, *ut sup. probavimus* sed ut eum perpetuet, & è personali realem constituat *Pistor.1. Quæst.27.per tot.* 2. Si vivo antecessore feudi aperti possessionem nactus sit *2. F. 35.* quia Jus plene quæsitum ei adimi nequit. *Finckelth. D. 7. θ. 12. Pistor. d. Quæst. 27. n. 40.*

Formam

Formam Investituræ quod attinet, adinstar contractuum Investituræ considerari possunt. 1. Substantialia 2. Naturalia 3. Accedentalia. Substantialia Investituræ alia Propriæ alia Abusivæ sunt. Propriæ sunt. 1. Fidei promissio die Lehnspflicht quæ est ipsa essentialis feudi forma, sine qua nec dici nec esse feudum potest; quæq; nec pacto nec alio contractu est remissibilis. 2. Actualis rei & possessionis traditio. *2. F. 2. pr. 2. F. 33. pr.* Etsi enim J. Feudali passim traditio possessionis ab actu investituræ distinguatur. *2. F. 7. in fin. §. si facta 2 F. 26. 1. F. 4. pr.* Id tamē de Investitura tantū abusiva verum est, nō propriā: Hæc n. non ut Emtio venditio, ad cōsummationem; sed ad sui perfectionem desiderat traditionem. *2. F. 1. in fin. 2. F. 2. pr. 2. F. 11. pr.* 3. Testificatio quæ fit vel instrumento vel Testibus. Instrumento *1. F. 3. 1. F. 4. pr. & §. 3. c. un. pr. & §. 12. F. 2. Bocer. de Investit. c. 4. n. 50.* Parium curiæ testimonio confirmato. §. *Idcirco 2. F. 58. 2. F. 2.* excepta curia Mediolanensi ubi extranei & pares simul admittuntur *2. F. 32. Bocer d. c. 4. n. 73.* Testibus. jis enim nō adhibitis ne quidem naturalis ex actu investituræ nascitur obligatio ut *arg l. 5. C. De LL.* notat. *Gothofr. Anton. d. D. 4. th. 6. lit. A.* Testes autem debent esse habiles tum ratione quantitatis sive numeri, qui hic dualis est. §. *Si quis 1. F. 26. 2. F. 2. c. un. §. quod autem 2. F. 58. l. 12. D. De Testib.* Plures ut adhibeantur non quidē necessarium; evitandæ tamen falsitatis causa consultum *Gothofr. Anton. d. D. th. 6. lit. D.* tum Ratione qualitatis ut sint Pares curiæ *§. 1. 1. F. 2. 1. F. 3. 1. F. 4 pr. §. 3. & 5. c. un. 1. F. 10. & 11. 2. F. 2 pr. 2. F. 20. & 23. §. Quod autem 2. F. 58.* sive Revera, sive communi hominū opinione tales sint. *arg. l. 3. pr. D. Ad SC. Macedonian. l. 2. C. De Sentent. & Interl. Princip. l. 1. C. De Testam. l. 3. D. De Offic. Prat. Bocer. c. 4. n. 66.* Pares curiæ qui & Pares curtis. *1. F. 4. §. 3. c. un. vers. Si enim domino 2. F. 2.* Domus *1. F. 11. 2. F. 16.* de Domo domini *vers. Si quis se 1. F. 26.* simpliciter Pares *2. F. 16.* vel Compares. *2. F. 54.* dicuntur. *Vult. 1. De Feud. 7. n. 24.* sunt ejusdem domini in eodem territorio convasalli *Duar. De Feud. c. 7. n. 3.* sic dicti quod ratione beneficij ab eodem domino accepti sunt Pares, *Duar. d. l.* Et usq; adeo Pares sunt necessarij, ut sine ijs

facta Investitura non subsistat, licet dominus eam factam cõfiteatur. *c.un. 2. F. 32.* & translata possessione quasi feudum tantum constituatur, non transitorium in hæredes. *1.F.25. Rittershus. 1. Part. Feud. 9. quæst. 4.* Est enim hæc adhibitio Parium de Investituræ forma, non tantum probatoria *2 F.25. & 32.* sed & substantiali sive Autorizabili *2. F.2. & 32.* sine qua actus corruit. *Bocer. c.4. n.54. Gothofr. Anton. d. D. §. 6. lit. c.* Excipiuntur tamẽ certi quidam casus quibus & extranei si idonei id est si liberi *vers. Quod autẽ 2. F.58.* & masculi *§. fin. 2. F.32.* sunt, admittuntur puta 1. Si dominus non habeat pares ejusdem curiæ *§. Si vero 2. F.2. §. Quod autẽ 2. F.58. §. Quod autem dictum 2 F.33 §. Testes vero 1. F.26.* ubi vel verbũ ABFUERINT idem significat quod NON FUERINT *arg l.13. §. fin. De V. S. c.7. De offic. & Potest. Deleg. in 6t. Bocer. c.4. n.56.* vel d. textus cum *Magnif. Dn. Arumæo d. D. 5. §. 20.* de eo casu accipiendus est, quo parium copia propter distantiam loci, aut quia ignoretur, ubi commorentur, haberi nequit. Dist. *Varij varie in explicatione h. cap. ut videre est apud Bocer. d.l.* vel inhabiles habeat, *arg. l. 6. D. Qui Satisd. cog. Vultej. c. 7. n. 27.* Sin v. habeat, peregre tamen absentes, citandi sunt & exspectandi *§. Nec dicatur 2. F. 33.* per spatium temporis Judicis arbitrio definiendum *arg. l. 1. §. fin. De J. Deliber.* modo non sint nimium remoti *arg. c. 18 & 35. X. De Elect. Vultej. d. n. 27.* non comparentes mulctæ dictione ad id compelli possunt. *arg. c. un. pr. 2. F. 2.* Est enim investitura actus Judicialis: cum & tribus Edictis Vasallus citetur, & dentur ordinarij Judices *2. F. 34. pr. & 2. F. 55. §. fin.* qui cognoscunt de Vasalli persona, & de pœna Vasalli feloniam committentis. At in actibus Judicialibus invitus quis testari cogitur. *arg. l 4. l. 15. l. 19. D. De Testib. Hunn. c. 11. p. 277. Bocer. c. 4. n. 59.* Quod si Vasalli, non attenta hac mulctæ dictione, vel omnino non, vel intra tempus definitum non veniant, extranei adhiberi possunt *§. Nec dicatur 2. F. 33.* licet tutius pares alius curtis adhibeantur ob rationem in *§. item sciendum 2. F. 58.* expressam *Vultej. c.7. n.27. Bocer. d. n. 59.* II. Si loci consuetudine vel statuto id sit receptum *arg. 2. F. 1. Vultej. d c.7. n.23. Bocer. c. 4. n. 65.* III. In renovatione feudi antiqui *vers. De Veteri 2, F.32.*

 quia-

quia tum cessat suspicio fraudis, cum omnia peragantur secundum primæ investituræ formulam *Dn. Præceptor Arum. d. D. 5. § 22.* IV. In feudis Ecclesiæ. Si enim Investiat clericus aliquem de feudis Ecclesiæ, pares adhibere non tenetur; quia nec confratres prout arguit Feudista *vers. Hac omnia 1. F. 26. V. Becer. d. c. 4. n 65.* Sin de proprijs bonis; omnino pares adhibere tenetur *2. F. 32. pr.* quod capitulum loqui de rebus clerici proprijs patet ex eo quod dicitur earum dominus. Rerum v. Ecclesiasticarum clericus non dominus sed administrator est. *c. fin. caus. 12. quæst. 1. c. 2. X. De Donat. Magnif. Dn. Arum d. D. § 21.* Facit quod & alias clericus in bonis proprijs Jure Laici utitur. *arg. l. 3. c De Episcop. & Cleric.*

VII.

Substantialia abusivæ Investituræ sunt 1. Declaratio voluntatis dominicæ verbis quibuscunq; facta *1. F. 2. pr. 2. F. 33. pr. Gothofr. Anton. d. D. § 3. lit. 2. Finckelth. Disp. 7. § 2. lit. e.* 2. Signorum adhibitio quæ in investitura propria ex abundanti; in hac necessario adhibentur. *2. F. 2. pr.* Fuerunt illa pro diversitate provinciarum diversa de quibus Vide *Limn. tom. 2. J. Publ. 4. cap. 7. n. 31. & seqq. Rittersh. 1. Part. Feud. 8 quæst. 10. Vultej. c. 7. n. 29. Gothofr. Anton. d. § 3. lit. E.*

VIII.

Naturale Feudi est fidelitas juratoria sive Juramentum fidelitatis quod regulariter in omni feudo præstandum est. *2. F. 3. in fin* nisi pacto remissum sit *2. F. 3. in fin. §. Est & alia 2. F. 24. c. un. pr. 2. F. 40.* & in novi feudi constitutione Investituram abusivam subsequitur *2. F. 4. 2. F. 7. in fin. 2. F. 26. vers. sed laudatum scio.* Absurdum enim esset ut Vasallus ante juraret quam feudum, propter quod jurat, *arg. 2. F. 3 in fin.* haberet constitutum Propriam præcedit. *arg. c un. in fin. 2. F. 7. Magnif. Dn. Arum. § 26.*

IX.

Præstare illud Juramentum tenentur regulariter omnes, citra distinctioné Sexus aut status. Nã ET MULIER id præstat *arg. generalitatis text: c. un. 2. F. 4. & 5. l. 26. pr. De Ijur.* Licet enim inhabilis videatur ad servitia Juramento fidelitatis comprehensa; dominus tamen fœminam de feudo investiendo, vel

gra-

gratiam fecisse ut per substitutum serviat; vel plane remisisse censendus est: ET CLERICUS tũ arg. à contrario sensu è *c.30.* ibi Nihil temporale *X. De Ijur.* deducto tum quia Clericũ quo ad feuda etiam Jus feudale ligat. *arg. c. 7. X. De For. compet.* tum deniq; quia ubi fides Juramento danda est, nec Clerico remititur. *arg. c. 51. X. De Testib. Bocer. c. 4. n. 11.* An v. si Vasallus decedat pluribus relictis filijs teneantur Jurare singuli fidelitatem dubium est? Et quidem si ex divisione ad unum tantum feudũ perveniat, ille solus præstat fidelitatem §. *Omnes filij 2. F. 26.* Sin plures possideant, sive pro indiviso *d. c. omnes filij* sive pro diviso *d. c. omnes filij vers. Præterea Ducatus. 2. F. 55.* omnes coguntur Jurare & singuli, unamq; fidelitatẽ facere *tit. 77. c. un.* non numerice; sed specifice ut latius id explicat. *Finckelth. D. 7. θ. 17. lit. C. Bocer. c. 4. n. 16.* Omnium tamen nomine unus cohæredum Jurare potest. *arg. l. 47. De Condit. & Demonst. l. 5. §. 7. Judicat. Solv. arg. l. 25. §. 3. Famil. Ercisc. Finckelth. d. θ. 17. lit. B.* Cum & alias Vasallus Juramentũ præstare per alium possit puta 1. per Procuratorem *c. un. vers. Sed utrum ipse 2. F. 3. §. Item sciendum 2. F. 58. c. un. §. Verum Abbatissa De Stat. Regul. in 6t. c. 22. X. De Ijurand c. 4. in fin. Distinct. 100.* speciale mandatum habentem *d. c. 22. X. De Ijur. c. pen. & ult. De Juram. Calum. in 6t.* modo dominus consentiat *d. c. un. vers. Verum Abbatissa de Stat. Regul. in 6t. l. 12. §. 4. C. De R. C. & Ijur. Finckelth. d. D. 7. θ. 21.* 2. per Syndicum. *vers. Sed utrum ipse 2. F. 3. § Item Sciendum 2. F. 58.* modo speciali sit instructus mãdato *arg l 34. §. 1. D. De Ijur.* nõ tantum Senatus sed & civium ut patet è formula Procuratorij *Ord. Camer. p. 1. tit. 38. §.* zum sechsten *vers.* vnd dann diewell *Bocer. c. 4 n. 25.*

X.

Onere hoc Jurandi sublevantur quidam in perpetuum, quidam ad tempus. In perpetuum 1. Quibus id pacto remissũ est *d. §. Est & alia 2. F. 24. pr. 2. F. 40.* 2. Ecclesia *2. F. 101.* de quo tamen cum capitulum illud sit extraordinarium & aliud *in c. un. §. Verum Abbatissa De Stat. Regular.* decisum reperiatur dubito. Ad tempus. Minor id est impubes. *vers. Præterea si quis 2. F. 55.* qui non cogitur Jurare fidelitatem, antequam ad majorem ætatem pervenerit §. *Si minori §. Si quis decesserit. 2. F. 26*, Volen-

tem tamen admitti posse DD. statuunt arg. à contrario *in d. §. Si minori* ibi COGATUR. At vereor ut recte. Nam & in Juramento promissorio *Hillig. 24. Comm. 17. lit H.* & Judiciali *l. 34. §. 2. De Ijurand. l. 4. De In litē Jur. arg. l. 9. De Acquir. Hered.* pupillus ne volens quidem admittitur secus ac in conventionali *l. 26. D. de Ijur.* Tutorem tamen, si tanta sit erga pupillum affectione, haud inviti admittimus. *d. l. 4. D. De In lit. Juraud.*

XI.

Præstatur hoc Juramentum soli domino, non etiam ejus vivi filio. *2. F. 24. pr. & 40. pr. 1. F. 22. Bocer. c. 4. n. 32.* nisi feudum ea conditione sit concessum ut utriq; simul præstetur. *arg. c. un. §. In Christi nomine De Pac. constant.* aut Pater jus suum directum filio concesserit. *Vultej. c. 7. n. 89. & 90.* & domino quidem non mediato sed immediato à quo ille immediate feudum recognoscit. *c. un. vers. Eo excepto 2. F. 9. c. un. §. 2. vers. illud quoq; præcipimus. 2. F. 55.* ejusq; defuncti hæredibus. *2. F. 24. & 40.* & quidem uni. Quod non patitur dubitationem ubi ex divisione uni feudum obtigit. At si plures id possideant pro indiviso vel diviso, est altioris indaginis: Nos, non attentis aliorū opinionibus, unam fidelitatem uni hæredum, nomine tamen omnium, præstandam asserimus. *c. un. 2. F. 77. arg. Rub. & titul. 101. 2. F. 55. §. 1. vers. Præterea Ducatus.* Feuda enim regulantur ad jus primi acquirentis, qui si ab uno feudum accepit, successor nō tenetur pluribus Juramentum præstare, maximè cum ex pluralitate hæredum feudi qualitas & conditio mutari non debeat *l. 2. §. 2. De V. O.* Facit *l 4. §. 9. De Fideicommiß. Libert. Bocer. c. 4. n. 45. Vultej. c. 7. n. 94 Finckelth. d. D. 7. θ. 18.* Quod tamen nō procedit, si feudum ab initio à pluribus dominis fuerit cōcessum: quo casu plures etiam debent præstari fidelitates. Unus verò ille cui nomine omnium Juramentum præstandum esse diximus debet eligi à cohæredibus *arg l. 4. §. 9. D. De Fideic. Libert: l. 21. §. 6 De oper. Nov. Nunc.* qui si inter se dissentiant, Prætor partes suas interponere debet. *l. 4. § 9 De Fideicomm. Libert. l. 3. § 7. De Administ. Tutor. Finckelth. d' D. 7. θ. 19. & 20.*

XII.

Formam Juramenti fidelitatis quod attinet, est ea vel 1. com-

communis quæ proponitur *2.F.7.* secundum quam Jurare cogitur Vasallus se domino futurum fidelem cõtra omnem hominem, etiam filium, fratrem, *2.F.28.* Excipitur tamen 1. Imperator qui in omni Juramento vel tacite vel expresse excipitur *2.F.7.2.F.55.in fin.c.19.X.De Ijur.c.34.in fin.X.De Elect.* 2. Ecclesia *c.fin.caus.15.quæst.6.* 3. Ipsa persona Vasalli *c.31.X.De Ijur.* cũ & omnis ordinata charitas à seipsa incipiat & in omni promissione persona loquentis excipiatur. 4. Patria Vasalli 5. Antiquior Vasallus *c un.2.F.28.arg.l.26.Locat.c.33.X.De Ijur.* An v.& Pater Vasalli? Et verius videtur si injuste dominum offenderit non esse exceptum *c.un.in pr.& fin.2.F.28.* Est enim indignus beneficio Legum, qui ipse in eas committit. Facit quod Patri filium liceat offendere *d.c.un.2.F.28.* At non est major filium quam Patrem offendendi ratio *arg.l.1.D.Ad L.Pompej.de Parric.Dn Præceptor Arum.d.D.6.22.2.* Specialis è consuetudine cujuslibet loci & curiæ æstimanda est. Solent & ipsis Vasallis Domini formulas Juramenti præscribere in quibus cavendũ monet *Bocer.d.tr.De Investit.c.4.n.20.& 21.* ne in nova investitura nimium generaliter concipiantur, quia omnis generalitas captiosa est: aut in renovatione antiquæ insolita inserantur: quia omnes clausulæ insolitæ quid subdoli sapiunt, ex ijsq; concurrente aliâ vis metusq; conjectura juramentum vi metuq; extortum præsumitur.

XIII.

Accidentalia investituræ sunt 1. Quod fiat vel Pure vel non Pure. Pura est quæ diei aut conditionis eventu suspensa non est *l.26.De Stipulat.Serv.* sive cujus dies cessit & venit *l.213. De V.S.* Ex qua Vasallus statim ad feudi possessionem tradendam agere potest *l.41.§.1.l.118.§.1.De V.O.* licet obligationis executioni spatium aliquod indulgeri debeat *l.105.De Solut.§.fin.J.De Inutil.Stip.* Nec enim statim cum sacco adeundus est creditor *d.l.105.* & solvere parato interstitium aliquod concedendum *l.21.D.De Judic.* Sic & ad certum tempus potest fieri investitura vel tacite ut in Feudo Guardiæ Gastaldiæ & eo quod pro mercede datur *1.F.2.& 11.* vel expresse qualis investitura revera pura est. *arg §.34 De V.O arg.l.56.§.4.Eod.* licet ad

 cer-

certum tempus duret l. 44 §.1 *De O.& A.* Non pura est cujus dies cessit, non venit. *l.213. De V. S.* Estq; duplex Ex certo tempore & conditionalis. Ex certo tempore, cum petitio feudi in certi temporis existentiam dilata est. Ex qua investitura, licet actio nata sit, efficaciter tamẽ nequit intentari *Magnif. Dn. D. Frantzk. Exerc. 10 quæst 2.* conditionalis investitura est cum in certum eventum feudi confertur traditio. Et valet investitura sub qualibet conditione possibili eaq; pendente dominus pœnitere nequit sed omnino cogitur eam implere *arg. l. 5. C. De O.& A. l. 8. §. 1. De Peric & Commod. Rei Vend.* 2. Pacta quæ si nõ impugnent ipsam substantiam investituræ, & Jure non improbentur servanda sunt *l. 7. § 7. De Pact.* & si obscura vel ambigua sunt ex consuetudine & observantia loci 2. *F. 1.* aut communi feudorum natura recipiunt declarationem Quod si tenor investituræ est præter vel contra feudi naturam, & alterutri onꝰ imponit, pro gravato interpretatio facienda est *arg. 2. F. 2. in fin. Boccr. tr. De Investit. c. 5. per tot.*

XIV.

Effectus Investituræ alius est communis, alius Proprius. Cõmunis est quod per eam dominium utile in Vasallũ transferatur. Quod in Investitura propria indubium est; quia intervenit verus dominij transferendi modus traditio sc. vera. *arg. l. 20. C. De Pact. junct. 2. F. 2. pr.* In abusiva investitura id secꝰ esse, eàq; Jus ad rem, non in rem transferri existimant plurimi. Quod displicet. *arg. 2. F. 8. §. Rei vero* quia & ficta traditio rei dominium transfert *l. 14. § 1. D. De Peric. & Commod. Rei Vend.* §. 44. & 45 *J. De R. D. Rittersbus. 1. P. F. c. 8. quæst. 1. Finckelth. D. 7. th. 3. lit. A.* Proprius effectus abusivæ investituræ est, qúod per eam non tradatur possessio; sed ad eam transferendam requiratur investitura propia, nisi forsitan abusiva investitura sit facta in præsentia rei feudalis *l 1. §. pen l. 18. §. 2. De Acquir. Possess. l. 79. De Solut. l 74. De Contrah. Emt. Magnif. Dn. Arum. d. D. 5. th. 9. Forcholt. c. 7. n. 7.* Ex abusiva tamen hac investitura tenetur dominus ad possessionem præcise tradendam 1. *F. 7. §. 1. 1. F. 4. pr. §. Si facta 2. F. 26.* si habet ejus tradendi facultatẽ *Pistor. p 1 quæst. 25. n. 22.* Quod si plures de eodem feudo investivit, ille potior

est

est qui primum investitus est: quia ille jam dominium utile per abusivam investituram consecutus est, quod ei auferendum non est, licet posteriori feudi possessio tradita sit. *Finckelth. D. 7. Quæst. 8.*

XV.

Secundus Feudum acquirendi modus est Præscriptio, quæ potest considerari 1. Respectu Vasalli 2. Respectu Domini 3. Respectu Extranei.

XVI.

Respectu Vasalli qui si rem alienam, ut feudalem, per 30. annos possederit, & nomine ejus servitia feudalia præstiterit, feudi Jure eam sibi acquirit: ubi tamen requiruntur. 1. Possessio *l. 25. D. De usucap. c. 3. De R. J. in 6.* continua non interrupta *l. 20. l. 31. §. 1. l. 33 § 4. De usucap. l. 10. De Acquir. Possess. c. 8. & 19. X. De Præscript.* bona fide munita *2. F. 87. c. fin. X. De Præscript.* nō etiā titulo quia possessoris animus habendi rem in feudum, est instar tituli, ejusq; vicem supplet. *Vultej. 1. De Feud. 9. n. 14.* annorum 30. *§. Si quis per 30. annos 2. F. 26. 2. F. 87. junct. vers. Deinde cum filius & vers. Ita ut per 30. annos 1. F. 28 l 3. c. De Præscript. 30. Annor.* completorū *l. 6. De O. & A. arg. l. 36. §. 8. D. Ex quib. Caus. Major.* etiam in Ecclesiasticis rebus *arg. d. c. un. vers. Si quis per 30. annos 2. F. 26.* licet J. Civili quadraginta anni requirantur; quia plenissimum dominium præscribitur & Ecclesia per eam omni J. orbatur. 2. ut Vasallus rem possideat animo Vasalli *d. §. Si quis per 30. 2. F. 26.* Nā si possideat eam animo pignoris præscriptio non procedit *1. F. 28.* Nemo enim possessionis suæ causam mutare potest. *l. 3. §. 19. De Acq. Possess. l. 33. §. 1. De usucap.* 3. ut servitium exhibeat vel præstet *vers. Et Servitium 2. F. 33. d. §. Si quis per 30. annos 2. F. 26.*

XVII.

Proprietatem tamen feudi Vasallus qua talis non præscribit non serviendo *arg. l. 1. C. De Præscript. 30. vel 40. Ann. l. 7. §. fin. C. Eod. l. 8. C. De usufr.* ne præscriptio ultra mentem præscribentis plus operetur *Rittersh. 1. Part. Feud. c. 18. quæst. 10.* nisi Vasallus servitia detrectando se talem negarit dominusq; per triginta annos conquieverit *arg. l. 16. § 3. D. Qui & à Quib. manum:* Sicut nec præscribit libertatem Servitiorum quia servitia res meræ facultatis sunt quæ præscribi non possunt.

XVIII.

Respectu domini qui sicut Vasallus Feudo; ita si triginta annos

annos servitia nomine fundi ut feudi recepit, dominio directo præscribit. Quod enim in uno correlatorum statutum est, idem & in altero statui debet *arg. l. 1. C. De Cupress. lib. 11.* Nec solum dominio directo; sed etiam libertati prædij feudalis præscribit, si prædium id tanquam liberum per 30. annos possedit *arg. l. 6. De S. U. P. l. 4. §. fin. De usucap.* in præjudicium solius Vasalli, non agnatorum: quibus, cum causam à Vasallo non habeant, Vasallus sua negligentia præjudicare nequit. [Facit *c. un. 2. F. 39.* junct. *l. 29. De U. S.*]

XIX.

Respectu Extranei qui feudis à Vasallo alienatis non potest præscribere *§. Præterea 2. F. 40. §. Unde Imperator Lotharius 2. F. 55. 2. F. 83.*

COROLLARIA 4. EX JURE CANONICO.

TEmpus semestre vel quadrimestre Patronis ad præsentandum Ecclesiæ ministrum concessum, currit à tempore notitiæ *c. un. De J. Patron. in 6I. c. 5. circ. fin. X. De Concession. Prebend. c. 3. De Supplend. Neglig. cleric.*

2. Clericus conveniens Laicum coram Judice seculari ibidem reconveniri potest *Vallens in π. X. De Mutuis Petit. §. 1. n. 3.*

3. Testes inviti etiam in criminalibus ut testentur cogi possunt *c. 4. c. 5. c. 8. & 9. ext. De Testib. Cogend.*

4. Pactum L. Commissoriæ in Pignoribus J. Canonico Juramento potest confirmari *Rittersh. 3. Different. Jur. Civil. & Canon. 4.*

DEO SIT LAUS ET GLORIA

in sempiterna secula.

